



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Constans Defensio, Ex S. Scriptvra, Et Vera Catholica  
Doctrina, Atqve Observatione Vniuersalis Christianæ  
Ecclesiæ Deliberationis de Christiana Reformatione**

**Bucer, Martin**

**Genevae, 1613**

De Pœnitentia, confessione & Satisfactione 108

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34315**

perpendere & examinare velis.

Fama est nonnullos esse Prælatos Coloniz, quibus hæc Aduersarij figura tantoperè arrident, ut libèrè iactare audeant, Missam suam nūc primùm debere consistere, nec quenquam ipsam euertere valitum. Verum qui spiritum Christi habent, & veritatē eius agnoscunt, omnia item, quæ ad Confutationem figuramentorum, ab Aduersariis pro defensione Missæ suæ adductorum, prolata sunt, perpendunt, sine dubio videbunt, Missam, pro qua Aduersarij pugnant, in nullius animo, in quo vera fides Christi locuin habet, & Antichristus nondum obtinuit, constere posse.

### Vndeциma quarta Accusatio.

#### *De Pœnitentia, Confessione, & Satisfactione.*

C A P. C V I I I .



A N C Accusationem Aduersarij in quinque partes distribuerunt, quarum prima est: Vtrum Pœnitentia seu Absolutio debeat inter Sacra menta Ecclesiæ à Domino instituta numerari: Altera de Confessione, An teneamus Sacerdoti omnia peccata distinctè confiteri. Tertia de Satisfactione, An ea Pœnitentiibus imponenda, Quinta de Excommunicatione.

### De prima Parte.

#### *Vtrum Pœnitentia vel Absolutio Sacramentum sit à Domino institutum.*

C A P. C I X .

A c de re supra disputatum est in Articulo de Sacramentis in genere. Responsum verò tale est.

H Pœnitentia est verus & Christianus dolor de peccatis, non Sacramentum Ecclesiæ: Si per Sacramentum intelligatur inuisibilis gratiæ Christi Visibile signum: sicut Baptismus, S. Coena, & Impositio manuum. Sacra menta sunt & dicuntur. Christiana enim Pœnitentia peccatorum, donum est & opus Spiritus Sancti in Electis, per quod de peccatis suis ira conterūtur, & ex animo dolent, ut remissionem eorum ardentibus votis, sedulaque imploratione gratiæ & misericordiæ diuinæ, per Christum Dominum nostrum, firmo denique propositio emendationis, petant: Veterem Adamum in semetipsis mortificare fortiter aggrediantur, omnibusque bonis operibus summâ diligentia incubat. Hæc sanè spiritualis affectio est, & internus dolor animi, dicta pœnitentia opera excitans, non visibile signum.

Sic neque Absolutio Sacramentū dici potest, hoc modo de Sacramentis loquendo, ea enim nihil aliud est, quā liberū pronuntiare à peccato, vel, peccata in nomine Domini remittere, per quām ministri Ecclesiæ, omnibus